

Octo 1528. 54/

Venerabili in Domino viro D. Johanni Hlesro  
Pastori Uratislaviensi, suo in Christo fratri  
charissimo.

Ernoldi hndi Fried in Prito. Miror, quod cum scire,  
hos optimos cives ad nos proficisci, nihil ad nos libera-  
rum sederis, quibus vel letos vel certos saltem faceres  
de tuo statu. Audimus enim Ferdinandum, vel suos  
potius Satrapas, mirum furere contra Christum: sed  
Psalmus secundus est illorum tyrannis, rursus et nostra  
complatio. Rogo te, ut pro nobis omnibus orandum jubeas  
ab Ecclesia tua. Satan enim junctis viribus et copiis suis  
omnibus nos persequitur. Quare et nos necesse est jungere  
manus et corda cum ferventi oratione, ut Dominus  
conterat Satanam sub pedibus nostris, Amen. Salutat te  
Jonas fustus et Philippus reverenter. Dein commendo  
tibi Maistro Bernigel Brodofsmid, quem nos plantare  
studuimus, tu fac, ut rigeat. Nam fortiter disputavit de  
providentia Dei. Vale Moibanum et omnes fratres  
in Domino. 14. Octobris. Anno 1528.

Martinus Luther

Ad Mentera de Diabectis Graecis et Ciceroni-  
ano Erasmi.

53/

S.P.D. quod tardius aliquanto quam tu fortasse expectasti,  
litteris tuis respondeo, purgarem me. multo sane verbis  
si tuo in me amori diffiderem. Nunc vero quia sentis  
quanti me facias, illud michi persuadeor ut ego michi  
dicam, te ipsum pro me esse locuturum. Quamobrem

8271  
non tam, quod rem necessariam me facturam arbitror,  
quam ut consuetudini serviam, causam silentii mei  
tibi breviter exponam. Cum mihi redite essent litterae  
suae, idque Cyprius statim illo meritis tempore, rescripsisset  
subito, nisi meam de Hieroniano Erasmi iudicium requi-  
sivisset. Cui voluntati suae cum deesse nollem, erat antea  
mihi legendus liber, quam responderem. Sic enim statu-  
ebam, iniqui esse iudicii de scripto alieno causa non  
cognita, pronunciare. Itaque cum essentiam videri occurrere,  
rem in aliud tempus differendam putavi, cum vacuus  
ipse me ad istum librum accurate cognoscendam, et ea  
qua velles, explicanda, dare possem. Sed postea ita accidit  
tamen, ut quem ovis fructum speraveram, ille mihi datus  
non sit. Nam existerant negotia non parva multa,  
quae me a lectione librorum, et a studiis illis, in quibus  
conquirere solitus eram, divellerent, quibus quidem ne-  
gotiis implicatus fui, donec eis, quae mearum erant par-  
tium, confectis, coetera in fratrem transfundere liceret.  
Quod cum non ita praevidem contigerit, ut verè affirmare  
possim, quia intelligis me citius rescribere, non potuisse,  
auquies, si te bene novi, excusationem meam. Ac nunc  
quidem, ut singulis epistolarum tuis partibus ordine respon-  
deam, perjuranda mihi erit gratulatio tua, in qua  
quidem se ex omnibus partibus a me in me tuis osten-  
dit, ac quoniam me ad amicitiam colendam provocas,  
non comittam ego, ut meum in eo genere officium  
desiderare possis. Atque utinam non tam longo locorum  
intervallo

99

intervallo disjuncti essemus, ut et saepius inter nos con-  
gredi et coram signa benevolentia nostra dare possemus.  
Quod si rarius fiet, quam ego velim, rationem tamen  
inibo, ut per literas tecum quam saepissime loquar, et  
te omnibus rebus communirem. Nam cum è maxima  
periculi flamma ereptus, domum tandem salvo redierim,  
hunc quasi portum, in quem post longam iactationem  
invectus sum, è libentius tenebo. Atque ut desiderium  
earum rerum, quas reliqui, feram tolerabilis, certum  
est, in consuetudine hominum mei amantissimorum  
quam suavissime conquiescere, vel si illi absentes sint,  
ex hoc literarum quasi colloquio delectationem petere.  
Quod autem mihi de otio meo et studiis philosophis gratu-  
lare, agnosco illud tamen solemne, ut ex comodi huius-  
modi non minorem capias voluptatem, quam si tua esset.  
Utinam vero tantos in eo genere doctrinae progressus  
haberem, ut et tu recte gratulaberis, et ego tandem,  
quam tribuis agnosere possem. Sed res ita se habet,  
ut preclare merum agi arbitrer, si Academicam illam,  
in qua Princeps est Lazarus Spanianicus vir etatis  
nostre omnium, quod pace aliorum dixerim, doctissi-  
mus, non dedecorem. Venio nunc ad ea, in quibus tu qui-  
dem iudicium meum requirens petis, ut de Dialecticis  
et Ciceronianis Brasmi, quid ipse sentiam, explicem. Ho-  
rum alterum faciam sane libenter. Est enim leve,  
quod imponis, ovis, alterum vero facturus sum, non li-  
benter illud quidem; sed tamen quia tibi petenti nihil  
negare possum, factururus. Ac primum quidem de Dialecticis  
accipe. Cum Et' dogmata divisa sint in partes duas,

in rationem indicandi et inveniendi, in utraque longe  
omnium, qui sunt, aut unquam fuerunt. Principem  
esse Aristotelem, si ipse optimus es testis. Sed secundum  
hanc in ratione indicandi mea quidem sententia et  
et eruditionum omnium, quos quidem ego audivi, pri-  
mas tenet Alexander, secundas Boetius. Has ego An-  
nio deferrem, si paulo uberior esset, simplicius esset qui-  
dem in principibus huius artis habendus, si non aliud age-  
ret. Nam in eo libro, qui in manus meas venit, totus est  
ex loyis *parla la Quidam*. In ratione autem inveniendi,  
Ciceronem antepone omnibus, qui profectio in eam partem  
non paravi tuis, intulisse videtur, cum quo apud Ari-  
stotelem fusa esset, et quodammodo dispersa, in genera  
cogeret, ut locos, qui penes infiniti sunt, facilius memo-  
ria tenere possemus. Hinc si quis illam Agricola parti-  
onem *τοπικῆ* addendam existimat, nihil sane im-  
pedio. Hactenus de iis, qui *la loyica* persecuti sunt,  
vel potius descriptis eorum, quae exstant. Nam vero de  
Ciceroniano Erasmi, quando ita tibi videtur, cognosca,  
feram autem iudicium non herile magis, quam existimen-  
me afferre posse, quod te fugiat, quam ut tibi mei  
amantissimo morem geram. Ne ne longum faciam,  
si tanta esset verborum sylva apud Ciceronem, ut omnia  
quodcumque ad dicendum proponerentur, illis ipsis ex-  
plicare possemus, fortasse neque Erasmus neque quisquam  
alium Ciceronem solum in ratione Latine loquendi  
visitandum esse, negaret: Sed cum ille non omnia, de  
quibus dicendum est, fuerit persecutus, nisi de quibus re  
proposita

100  
proposita loqui velles, vocabula multa ab alijs auctoribus  
sunt mutuanda, statuit Erasmi, etiam alias bonos aucto-  
res imitandos esse. Nam ita mihi ille sentire, aut sentire  
debere videtur. Ego vero quanquam concedo, multa pro-  
pria veram vocabula in Cicerone desiderari, eaq. si  
opus sit, ab alijs auctoribus tanquam debere, tamen illud affir-  
mare possim, si quis Ciceronem solum recte imitetur,  
eum Latinius, aptius atq. ornatus de quacumq. re  
proposita dicturum esse, quam quencumq. alium. Nam  
illud inter Eruditos satis constat, duo esse vocabulorum  
genera, alterum quidem publicum, alterum vero priva-  
tum, illud convenire in omnia, hoc autem singularium  
scientiarum esse proprium. Publico Ciceronem abundare  
proclare intelligitur, quicumq. scripta ipsius diligenter  
cognovit. Ut enim sive docere velis, si delectari, sive mu-  
nere, suppeditabit Cero verba, quibus id proposita facere  
possis. Nulla est enim in ullo genere orationis laus, cuius  
non perfectio aliqua s. ipse dixit conatum, ut par fuit  
gratum viro de facultate sua statuente. In scriptis  
ejus eluceat. Quare si quis salem tanq. proclaram fa-  
cultatem consecutus fuerit, quid erit, de quo ille non  
perbene Latine loquatur? Neq. vero me movet illud,  
quod dici solet, privata quaedam vocabula ab alijs au-  
toribus petenda esse. Quasi vero non possimus aliquem  
unum recte imitari, si in ea ipsa imitatione adhi-  
beamus aliqua, que aliunde sumpta sint. An censes  
eum, qui in meditatione armorum aliquem proclare  
imitetur, ejusq. similis sit in incessu et toto corporis  
motu,


motu, si forte aliud armorum genus accipiat, ab illius,  
quem imitatur, similitudine recessurum? Huc ne erres.  
Quamquam tu quidem minime erres, si habeto. Imita-  
tionem eam esse rationem, ut vestigia alicujus eamque  
persequamur, quatenus tales, qualis ille est, efficiamur,  
quancumque si quid sumam ab aliquo, quia illius similitudi-  
ne non continuo accipio, sed, ut aliud sit imitari, aliud  
vero sumere, seu mutuari: cum praesertim hoc non tam  
eum pertineat, ut similes efficiamur alicujus, quam ut ab  
aliquo, quod habere velimus, auferamus. Atque ut sola haec  
ratio ad id, quod querimus, accommodetur. Si Siceronem  
recte imitabere, talis eris, qualis ille. Nam tali locu-  
tione tam emendata tamque eleganti uteris, quali usus  
est ille, eodem modo verba collocabis, eisdem quasi insipi-  
bus orationem distinguens. Simili ratione de tenuibus  
sibi misse, de mediocribus temperate, de gravibus denique gra-  
viter dices. Brevis nihil erit, in toto veluti corpore  
orationis, quod non erit elegans, nitidum, aptum, pul-  
chrum. Huc si aliquot vocabula à juriconsultis aut  
medicis aut Theologis fueris imitatus, non continuo illos  
imitabere; Nam cum imitationis proprium sit, talem  
efficere, qualis sit ille, quem sibi aliquis ad imitandum  
proponat, illud autem sumere ab aliquo aliquot vocabu-  
la non efficiat continuo similem ejus, à quo sumas,  
licebit certe unam aliquam solum imitari in loquendo,  
etsi privati aliquot vocabula ab aliis fueris mu-  
tuatus. De qua re ut paulo enodaturus agam. Quis existimabit  
eum esse Siceronis similem, qui singula illius vocabula  
eaque non

eaqz non juncto more ejus proferat? Nemo profecto,  
 qui modi sapiat. Est igitur imitatio posita in conjunctione  
 verborum atqz structura, tam in toto quasi corpore orati-  
 onis; Quod ipsam si proclare imitaberis, etiamsi aliquot vo-  
 cabula ab alijs fueris mutuatus, eris nihilo secus Sero-  
 nianus et laudabilis eloquentissimi Viri imitator. Quae cum  
 ita sint, poteris tu quidem Siceronem solum imitando tibi  
 egregiam Latine loquendi facultatem parare: Syregiam  
 dico; imò multò prestantiorem quam ille habeat, qui  
 omnes alios auctores vel optimos imitetur. Neqz id inja-  
 ria. Denim si omnes alii boni Latinitatis auctores in  
 unum conferantur, cum hac uno comparari non pote-  
 runt, ut doctissima quisqz magna auctoritate sentit et lo-  
 quitur. Quis igitur non mirum tenum hanc imitari, quam  
 coeteros illos, tot ac penè infinitos? Huc accedit, quod si va-  
 rios imitabimur, naturalis ille jutor, et succus orationi  
 inesse non poterit. Ut enim ex varietate sibi malus  
 gignitur sanguis, et ex eo calor non bonus; ita si ex  
 varijs stilij unam orationem confundas, eam sanam  
 esse posse et beatam, verisimile non est, ac si illam na-  
 turalem quasi sanitatem orationi ademeris. Obsecro  
 te, quo reliquam feceris, quod vel splendorem vel nemus  
 habeat? Quamobrem si constitutum est illud, Siceronem unum  
 imitandum esse, ut ego nihil addam praeterea, per te statueres  
 poteris, quid ego de Siceroniano Erasmi sentiam. Haec feri  
 sunt, quae tibi quarenti respondeam, respondenda esse putavi.  
 Quae quidem tum mihi verissima esse videbantur, cum ea  
 a sensu tuo minimè abhorere intellexero. Libros Lau-  
 de Starum Norimberga imprimi arbitror te audisse

Adiciuntur illis, ut spero, libri Authenticorum Graeci, opus e-  
rit praeclarum et bene emendatum. Vale ac mihi quamprimum  
rescribere. sal. Decembrij Anno M. D. XXVIII.

Carissimus Jurisconsulte Johanni Julius Pflug.  
Præter Uratislaviensi, Amico longè charissimus.

re  
mi



*[Faint, illegible handwriting covering the page]*

